Krupecki Andreae: Quaestio iuridica de praescriptionibus. –

~~2471 Pravo.~~

QVÆSTIO IVRIDICA,

DE PRÆSCRIPTIONIBVS

ad C. fin. ex, eod. iuncta l. 3. ff. de Vsucap.

QUAM,

In Collegio Iuridico

M. ANDREAS KRVPECKI,

PHILOSOPHIÆ DOCTOR,

J. V. Professor, DD. Jureconsultorum Collega,

(Permissu Superiorum)

Publicæ velitationi,

PROPONET,

Anno Salutis 1691. *Die* 27. *Martij. Horâ* 9.

CRACOVIÆ, Typis UNIVERSITATIS.

eeee

QUÆSTIO

V. Præſcriptio, per poſſeſsionē temporis lege definiti continuata, Cauſam iuſtam poſsidendi includens, ſuperueniente, mala fide quocunq; tempore, procedere poſsit nec ne?

CONCLUSIO I.

Præſcriptio rectè dicitur eſſe adiectio dominij, per continuationem poſſeſsionis, temporis lege definiti: 1.

1. 3. ff. de vſucapionibus.

COROLLARIA.

I. Eadem præſcriptio ſpecialiter vim habet exceptionis peremptoriæ, 1. quæ prouenit ex poſſeßione rei alterius. 2. ſiue aliquis rem poßederit alienam, ſiue iure aliquo vſus fuerit, ſiue alius ab vſu rei abſtinuerit, vel ceßauerit tali tempote.

1. Tit. toto C. de præſcript. longi temporis

2. l. Omnes C. eod., l. alienationis ff. de VS.

II. Iudex habens liberum arbitrium procedendi,

exce-

exceptionem præscriptionis, ex mero rigore l. iuris ciuilis prouenientem reiicere non potest.

1. *Bald. in l. 1. C. de præscript. 30. annorum. Bartol. in extrauag. ad exprimendum, in verbo videbitur circa finem.*

III. Per præscriptionem, quæ est de iure Ciuili, propter bonum publicum introducta. tollitur ipso iure, Ciuilis, imo & naturalis eliditur obligatio, in casu repetitionis impediendæ.

1. *l. 1. & 3. ff de vsucap. 2. l. Omnes 4. ff eod.*

Bartol. in l. finali §. l ff rem ratam haberi.

IV. Licet præscriptio non tollat ipso iure actionem, 1. ope tamen exceptionis reddit illam prorsus inutilem & inefficacem.

1. *C. ad aures de præscript. ext. Bald. in l. si pænæ causa. ff. de Condict. indebita l. sicut de præscript. 30. vel 40. annorum.*

V. Qui scit & patitur rem suam præscribi, videtur firmare ipsam præscriptionem.

l. alienationis. ff. de verborum & rerum signif.

CONCLVSIO II.

Sine possesione eaq; continuata, non potest procedere præscriptio.

l. sine possesione ff de vsucap. l. nunquam § 1. ff eod.

C. cum olim 18. de præscript.

COROLLARIA.

I Cõtinuata possessio dicitur, quæ fit absq; interruptione per tempus lege definitum, sicut est triennalis in mobilibus. 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes in immobilibus 1.

1. *Bartol. in l. vnica C. de vsucap. transformandis. l. superlongi C. de præscript. longi temporis.*

C. illud. C. auditis eod. tit.

II. Seruitutes & alia iura incorporalia, sicut non proprie tradi, sed quasi tradi dicuntur, ita etiam & quasi possidentur, & vsucapionem ac præscriptionẽ admittunt.

1. *l. finali C. de præscript. longi temporis. l. 2. & penult. C. de seruitutibus.*

III. Possessio per contumaciam amissa, & tradita alteri, potest à primo possessore, purgata contumacia iudicialiter recuperari. 1.

1. *Bald. in l. penultima §. finali C. de præscript.*

IV. Res deputatæ vsibus publicis, & à cõmercio hominum exemptæ, vt sunt res sacræ, religiosæ, ius decimandi laico, & quæ specialiter sunt prohibitæ, sicut iure possideri nequeunt, ita nec præscribi.

1. §.

1. § sed aliquando in stit. de præscript. l. 9. ff eod. tit. C. Causam 7 tit. eod.

V. Licet prouinciales Episcopatuum ac Parochiarum limites, & quæ finibus eiusmodi cohærent. 1. si constet tales fines constitutos fuisse, præscribi non possint. 2. cæterum si non constet de illis, neq; probari possint, de facto præscribi poterunt.

d.C. Super eo de parochijs ext. c. quicũq; iuncta glos c. licet 16. Q. 4. 2. C. Quia iudicante de præscript. c. volumus 16. Q. 5.

CONCLVSIO III.

Ad præscriptionem requiritur titulus tanquam causa iusta possesionis, 1. & sufficiens ad transferendũ dominiũ.

1. C. si diligenti de præscript. ext. l. diutina l. super longi C. de præscript.

COROLLARIA.

I. Non tantum verus, sed etiam putatiuus titulus, qui iusto errore verus esse censetur, ad præscribendum sufficit.

1. l. finali ff pro legato. l. Nullo C. de rei vendicat.

II. In præscriptione longi temporis 30. vel 40. annorum, nec de iure Canonico, neq; de Ciuili requiritur titulus. 1. Similiter & in statutaria, & in vsucapione incorporalium, dum agitur de modico præiudicio secus si de magno 2.

1. l. sicut l. omnes l. si quis emptionis § 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorum 2. ~~Cap.~~ ad aures de præscript. Bald. in l. 2. C. de præscript. longi temp.

III. Titulus conditionalis, quamuis non prosit ad præscriptionem ante euentum conditionis. 1. bene tamen in euentu illius dicitur causa præscriptionis.

1. *l.* 2.

1. l. 2. § si sub conditione ff pro empto. l. 2. ff de in diem condict.

IV. Rem aliquam præscribens, censetur eam habere ex titulo quo præscripsit, non vero ab eo contra quē est præscriptū.

1 l. si extraneus ff de donatione inter virum & vxorem l. qui alienam ff de donatione causa mortis.

V. Licet ordinarie titulus quicunq; sufficiens ad transferendum dominium, tanquam causa illius requiratur, bene tamen ex pluribus titulis seu causis procedere potest præscriptio.

1. Bartol. l. 3. § ex pluribus ff de acquiren: possess.

CONCLVSIO IV.

Præscriptio cum mala fide quantumuis longo tempore procedere non potest.

C. finali ex, hoc tit. c. siquid manifesti 34. Q 5.

COROLLARIA.

I. Licet iure ciuili ad initium tantum præscriptionis bona fides requiratur. 1. Cæterum necessario secundùm Canones omni tempore adesse debet. vsq; ad completam præscriptionē 2.

1. l. 1. § hoc tantummodo Cod. de vsucap. transform. l. sequitur § de illo ff de vsucap. 2. C. finali de præscrpt C. possessor de R. l. in 6to.

II. Superueniens dubitatio quod res sit aliena, non interrumpit iure Ciuili præscriptionem inchoatam, verumtamen ab initio dubius de re aliena, præscribere non potest. 1.

1. Bald. in l. Naturaliter circa finem ff de vsucap. Panormit: d. Cap. finali de præscript.

III. Iure

III. Iure Ciuili potest hæres tanquam successor vniuersalis rem aliquam cum mala fide vsucapere, quam defunctus bona fide aliquo tempore possedit. 1. vtendo nimirum accessione illius temporis, quo defunctus possedit, vel cepit vsucapere 2. è diuerso vero si defunctus fuerit malæ fidei possessor, hæres quantumuis bonæ fidei nullo tempore præscribit.

1. l. hæres ff de vsucap. l. hæredem ff. de R. I.


2. l. cum hæres ff de diuersis & temporalibus præscrip.

IV. Singularis Successor in quem vitia autoris non transeunt, nec etiam impediunt vsucapionem 1. in bona fide existens potest legitimo tempore vsucapere, secus si mala fide ceperit possidere licet actor in bona fide possessor fuerit, non poterit vti accessione temporis, nec pro se aliquo tempore vsucapere.

1. C. Cura de iure patronatus ext. 2. l. 2. § si eam rem ff pro emptore.

V. Post Completam & perfectam bona fide præscriptionem, præscribens tutus esse debet in Conscientia 1. nec tenetur ad restitutionem, superueniente mala fide seu scientia rei alienæ.

1. c. Clerici 26. Q. 2. Hostiensis in summa tit. de præscrip. rei immobilis §. verum, versiculo. quid si iam completa Panormit. C. vigilanti ext. de præscript.



SUB FELICISSIMIS AUSPICIIS,

Magnifici, Perillustris, & Admodùm Reuerendi Domini,

D. M. FRANCISCI PRZEWOSKI,

S. Th. DOCTORIS & PROFESSORIS, Collegæ Maioris, Ecclesiarum Collegiatarum, SS. OMNIVM Cracouiæ PRÆPOSITI, ad S. FLORIANVM Canonici, Curelouien: Scholastici, Contubernij Hierosolymitani Prouisoris, per Diœcesim Crac: Ordinarij Librorum Censoris,

Almæ Vniuersitatis Cracouiensis, Generalis & Vigilantissimi

RECTORIS.

Krupecki Andreae

Quaestio iuridica de praescriptionibus.